



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Specvlvm Magnvm Episcoporum, Canonicorum, Sacerdotvm Et aliorum Clericorum omnium tam Secularium quam Religiosorum

Tympe, Matthäus

[Köln], 1614

33. Non lucrum suum quærere sed animarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51447](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51447)

is aurea, si aperire quod volumus, non potest: aut quid obest lignea si hoc potest? quando nihil quærimus nisi patere quod clauis est.

SIGNVM XXXIII.

Non suum lucrum quarere sed animarum.

Oni Clerici animas aliorum tanquam Christi sanguine perfusas & omnes proximos ut Christi membra & Spiritus sancti temerè amant. Infirmos ad moriendum bene adiuuant, nec prius deterunt quam in gratia Dei se credantur. Mulierculis quæ turpi quæstui procurant loca quærunt in quibus à peccato recedant, orphanas Virgines nuptiis tradunt, atque ita grauibz earum periculis auxiliam eunt, omnia cum Paulo sicut omnia, accommodando se iis salua tamen conscientia, ut omnes lucrifaciant, sciunt enim certissimum esse illud: *Oderunt hilarem tristes, tristique seueri.*

S. Gregorius cornu Samuelis oleo plenum *Lib. 1. c. 26.*
 concionatori accommodat, quia cornu debet
 irritare peccatores acute redarguendo, sed idem
 debet esse plenum Oleo, quod tunc fit, cum
 concionatoris sublimitas non habet asperitatem
 minarum, sed blandimenta fauorum. *Eccl. 3. in Iob
 c. 9.*
 idem quærit, cur Iob concionatores potius
 ceruas

ceruas vocet quam ceruos? quia, inquit, doctores sunt qui cum per rigorem disciplinae patres per pietatis viscera matres esse nouerunt, qui sanctae conceptionis tolerant & proferendos Dei filia utrumque charitatis portant, in edenda enim plus matres laborant. Utinam omnes concionares ad suos auditores ex intimo affectu cordis in visceribus Christi dicere possent. Me putarem uestrarum animarum esse & id vos uelle committere, ut in uobis nec macula nec ruga possit ante aeterni iudicis apparere, animabus autem uestris huiusmodi ornamenta sed etiam medicamenta prouidens, studio disuta consuevit, conscissa sarcire, uata curare, abluere sordida, reparare perditas, sunt integra spiritualibus margaritis ornare. Sicut ait. Matres uos fouendo, patres corripiendo, beatis: Cur morsus a serpente paruulus conscientiam sacerdotis, ad quam eum oportuerat tanquam ad sinum matris ruisse?

S. Dominicus interrogatus qua ratione nimas Christo lucrifaceret? respondit, se ea praedicabat, in libello Charitatis & S. Spiritus uenire.

7. Cor. 9. v. Cum S. Paulus potestatem haberet de Euangelio uiuendi, ea tamen non est usus ut plurimas lucrifaceret: Quae est, inquit, merces Euangelium praedicans sine sumptu ponam Euangelium ut non abutar potestate mea in Euangelio. Nam si ber essem ex omnibus omnium me seruum feci ut plures lucrifacerem.

Sor. 25. sic.
per Cant.

7. Cor. 9. v.
18
Matt. 10.
Gratis da-
te.